In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne error oblivionis gestis sub tempore versantibus imposterum pariat detrimenta. Alta regum et principum decreverunt consilia ea litterarum annotacione et fidedignorum testimonio perhennari. Proinde nos Wladislaus dei gratia Rex Polonie necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuyavie Lithwanieque princeps Supremus. Pomeranie Russieque dominus et heres Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium notitiam habituris Quomodo sollicite mentis intuitu pendentes grata fidelitatis studiosa obsequia et multiplicium meritorum constanciam quibus Strenuus et Nobilis Mathias niger de Boyska miles noster fidelis dilectus maiestati nostre placere meruit et infuturum aucto fidelitatis studio prestancius poterit complacere Horum intuitu volentes ipsum graciarum nostrarum prosequi favoribus et ad obsequia nostra continuo reddere prompciorem Sibi eiusque Successoribus legitimis villam nostram Brzezowa alias Lobetancz in terra Sanocensi et flumine Pella situm. incipiendo a finibus. fluvii Pella usque ad ortum predicti fluvii. Pella parte ex utraque cum omni Iure et dominio. prout predicta villa nostra Brzozowa in suis metis graniciis et gadibus est circumferencialiter limitata et distincta cum omnibus et singulis ipsius utilitatibus fructibus censibus redditibus proventibus. necnon agris pratis campis pascuis silvis gaiis mericis nemoribus querectis montibus collibus vallibus aucupacionibus venacionibus. mellificiis rivis aquis aquarum ve decursibus ac et fluviis fluentibus in flumine Pella piscinis piscaturis molendinis et emolumentis necnon pertinenciis coherenciis et appendiis universis ad ipsam villam nostram Brzozowa quomodolibet ab antiquo spectantibus spectantibus damus conferimus perpetuis temporibus et donamus Quamquidem villam nostram Brzozowa Ipse Mathias cum suis heredibus et Successoribus legitimis tenebit habebit utifruetur perpetue et pacifice possidebit necnon vendet commutabit obligabit alienabit et in usus suos beneplacitos convertet iuxta quod sibi eiusque successoribus legitimis melius et utilius videbitur expedire Racione cuius donacionis idem Mathias et sui successores legitimi cum duobus sagittariis ad quamlibet expeditionem generalem nobis et nostris successoribus servire tenebitur perpetue et in cuius harum quibus Sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum in Sandecz feria Secunda post Dominicam letare Anno domini Millesimo Quadringentesimo decimo nono. Presentibus ibidem. Validis Strenuis [illegible] Sbigneo de Altomonte [illegible] Castellanis Sbigneo de Brzezie Regni Polonie marsalko. Paulo de Bogumilowicze

Auscultata

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne error oblivionis gestis sub tempore versantibus imposterum pariat detrimenta. Alta regum et principum decreverunt consilia ea litterarum annotacione
et fidedignorum testimonio perhennare. Proinde nos Wladislaus dei gracia Rex polonie necnon terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuyavie Lithwanieque princeps Supremus. Pomeranie Russieque dominus et heres
Significamus tenore presencium quibus expedit universis. presentibus et futuris presencium noticiam habituris Quomodo sollicite mentis intuitu perpendentes grata fidelitatis studiosa obsequia et multiplicium meritorum constan
ciam quibus Strenuus et Nobilis Mathias niger de Boyska miles noster fidelis dilectus maiestati nostre placere meruit et infuturum aucto fidelitatis studio prestancius poterit complacere Horum intuitu volentes ipsum graciis
nostrarum prosequi favoribus et ad obsequia nostra continuo reddere prompciorem Sibi eiusque Successoribus legittimis villam nostram Brzezowa alias Lobetancz in terra Sanocensi et flumine Pella situm incipiendo a finibus
fluvii Pella usque ad ortum predicti fluvii Pella parte ex utraque cum omni iure et dominio prout predicta villa nostra Brzozowa in suis metis graniciis et gadibus est circumferencialiter limitata et distincta cum omnibus
et singulis ipsius utilitatibus fructibus censibus redditibus proventibus necnon agris pratis campis pascuis silvis gaiis mericis nemoribus quercetis montibus collibus vallibus aucupacionibus venacionibus
mellificiis rivis aquis aquarumve decursibus ac et fluviis fluentibus in fluvium Pella piscinis piscaturis molendinis et emolumentis necnon pertinenciis coherenciis et appendiis universis ad ipsam villam nostram
Brzozowa quomodolibet ab antiquo spectantibus spectantibus damus conferimus perpetuis temporibus et donamus Quamquidem villam nostram Brzozowa ipse Mathias cum suis heredibus et Successoribus legittimis te
nebit habebit utifruetur perpetue et pacifice possidebit necnon vendere commutabit obligabit alienabit et in usus suos beneplacitos convertet iuxta quod sibi eiusque successoribus legittimis melius et utilius videbitur
expedire Racione cuius donacionis idem Mathias et sui successores legittimi cum duobus sagittariis ad quamlibet expedicionem generalem nobis et nostris successoribus servire tenebuntur perpetue et in eorum Harum
quibus Sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum in Sandecz feria Secunda post Dominicam letare Anno domini Millesimo Quadringentesimo decimonono Presentibus ibidem. Validis Strenuis
et Nobilibus viris Johanne de Tharnow palatino Cracoviensi Cristino de Koziglowy Sandecensi Sbigneo de Altomonte Rosperiensi Castellanis Sbigneo de Brzezye Regni polonie Marsalko. paulo de Bogumilowicze
Cracoviensi et petro Falkowsky Sandomiriensi Iudicibus et aliis quampluribus nostris fidelibus fidedignis Datum per manus Reverendi in Christo patris domini Alberti episcopi Cracoviensis Regni polonie Cancellarii et
Venerabilis Johannis Sccani Cracoviensis Regni polonie Vicecancellarii sincere nobis dilectorum.

Ad relacionem eiusdem Reverendi in Christo patris domini Alberti dei gracia
Episcopi Cracoviensis Regni polonie Cancellarii

[illegible] nadzyszam dal [illegible]
[illegible] wsi [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]) 419

1519 Konsens wsady [illegible] [illegible] lyli dubo
lanicze